

באלהים
DISPUTATIO THEOLOGICA
De
SACRAMENTO
BAPTISMI,

Quæ
SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Magnifici, Maximè Reverendi, Amplissimi,
Excellentissimiq;*

DN. JOHANNIS HULSEMANNI,
SS. Theol. Doctoris de Catholicâ Christi Ecclesiâ me-
ritissimi, Profess. P. in Inclytâ Philureâ famigeratissimi, Con-
sistorii Electoralis Assessoris & Capitali Cizensis Præpositi gravissimi,
Canonici Numburgensis, Alumnorum Electoralium Ephori, Nicolai-
tani apud Lipsienses Antistitis vigilantissimi, Academiae
Decem-Viri, &c.

*Dn. Præceptoris, Promotoris & Patroni sui Parentis loco omni
honoris ac observantia cultu suspiciendi
maclandi,*

Publici Exercitii gratiâ ad disputandum

In ACaDeMia Lipsiensi = 1654
proponetur

â
M. ALBERTO HEINÆO, AVRICA
Frisio-Orientali, SS. Theol. Studiofo.

Ad diem XXVII. Septembr.

LIPSIÆ,
Typis HENNINGI COLERI, M DC LV.

TMd 134



PRÆLOQVIUM.



Uo sunt potissimùm Impedimen-
ta, quæ homines ad viam salutis pervenire
non sinunt: Videlicet, cœca cœlestis verita-
tis ignoratio: & ejusdem patefactæ & demon-
stratæ pertinax ac cum odio conjuncta impu-
gnatio: Hanc duplicem pernicipi causam
a *B. Augustinus* in hominibus à veritatis tramite exorbitantibus, a
suis etiam temporibus observavit, eamque non sine zelo ac ge-
mitu nobis consignatam reliquit his verbis *Constat adeò corru-*
ptos esse homines, ut, non modo in ignoratione veritatis, tanquam
in crassâ quâdam caligine versentur, sed etiam plerique veritatis lu-
cem odio habeant ac refugiant. Ecquid verius à viro sancto dici
poterat? Certè nihil. Si enim omnium hæresium ortum aspi-
ciamus, earumque progressum consideremus, sanè Unumqvem-
vis confiteri oportet non alias earum quam suprâ dictas esse
causas. Quod quàm sit verum satis luculenter per omnes Ecclesiæ
ætates apparere non dubitamus, præsertim in turbulentis hisce
ultimis temporibus (de quibus *Polycarpus*, si vivus, jure repete-
ret querelam: *O Deus in qua nos servasti tempora!*) ubi hæreses
quasi ab inferis reductæ, præ dominari satagunt. Quare, si u-
niversam orthodoxam & *γνωσις* Lutheranam cognitionem,
conducit inquirere, inquisitam amplecti, amplexam constan-
ter tueri; quidni operæ pretium foret dignissimum, doctrinam
de limine Christianismi, sive de *S. Baptismo* cum primis piâ medi-
tatione scrutari & ventilare. Refertur de *Platone*, quod quo-
tidiè secum recollegerit, Deoqve gratias egerit, se græcum non
barbarum fuisse natum: Quantò magis æquum est ut quivis
homo Christianus gratâ mente quotidie agnoscat meditetur,
& admiretur salutiferam verbi divini revelationem, imprimis
verò admirandam Sacramentorum N. Testam, abyssum atque

a Aug. l. de
grat. & l. de
arbitr. c. 3.



b. Luth. in
Catech Ma-
jor. de Bapt.
p. m, 534.

profunditatem. Hinc Megelander ille b. B. *Lutherus* docet: quod de Sacramento cuiusvis Christiano ad minimum brevis quedam institutio tenenda sit; quandoquidem his ignoratis nemo Christianus esse possit: Cui severæ adhortationi locum relinqvens simplicem & succinctam quandam tractatiunculam de Sacramento Baptismi suscipere, eamque *γυμνασίαν καὶ παιδείαν ἐνεκα* discutiendam proponere allubescit. Quod ut feliciter fiat

Tu Trias alma veni, faucem vocemque resolve,

Eloquia ut fundat quesitis consona rebus.

Nominis ut maneat tibi splendor honosque perennis.

Sit itaque tractiunculæ nostræ.

CAPUT PRIMUM.

De

Terminorum Explicatione.

§. I.

Quemadmodum verò in aliis Christianæ fidei dogmatibus sæpè Termini explicandi occurrere solent, quibus non præcognitis res ipsa redditur obscura: vel etiam *κρησφιζέτων* & latibulum præbent Adversariis, quibuscunqve Sophismatibus suas *Φλυαρίας* & errores palliandi, inqve gremium veræ Ecclesiæ insinuandi; ita & in hoc de Sacram. Baptismi dogmate sequentes Termini eruendi veniunt: (1.) Sacramentum, (2.) signum & signatum, (3.) Unio &c.

§. 2. Vocabulum *Sacramenti* quod concernit, potissimum geminum sensum obtinere, *Politicum* nempe & *Ecclesiasticum*, nullus dubito. *Politicus* rursus duplex est, vel enim *depositum* aliquod designat, sub cuius iactura litigantes olim jure experiebantur, secundum *Varronem*. c. Vel *jusjurandum* seu religiosam aliquam obligationem, quo sensu in jure civili aliquoties reperiri notavit Præ-Clarissimus ille Theologus d. D. *Gerhard*.

§. 3. *Ecclesiasticus* sensus itidem geminus est. Vel enim generaliter significat quamvis rem sacram secretam, occultam & absconditam, Græcis *μυστήριον* dictam, ut in vulgatâ Bibliorum translatione Tob, 12, v. 7. Sap. 2, v. 22. Ephes. 1, v. 9. Vel specialiter

non

e. Varr. de
ling lat. &
rig verb. lib. 4
d. Ge h. in L.
de Sacr. in ge-
nere. p. 392.

non tam rem ipsam sacram latentem & invisibilem, quàm externum quendam & visibilem actum sub quo secretum illud continetur, atq̄ve in hâc postremâ significatione tantùm Circumcisio & Agnus Paschalis in V. Test. *Baptismus* verò & *Cæna Domini* in N. Test. præcisè *Sacramenta* sunt appellanda.

§. 4. Interim tamen hunc terminum *Sacramenti* sano sensu acceptum tenaciter urgendum esse arbitramur contra eos, qui nescio quo *φιλαυτίας* Spiritu inflati eum tanquam *ἀγραφον* rejicere non erubescunt; At nonne hac ratione etiam alii utilissimi Termini, ut sunt *Trinitas*, *Unio hypostatica*, *Persona* & similes ex foro Theologico eliminandi essent? Nùm ignorant regulam Theologicam, quæ *Nazianzeni* esse creditur: *Quædam in Sacra Scriptura sunt & dicuntur, quedam in eâ sunt etsi non dicuntur.* Sufficit nobis quod vocabulum *Sacramenti* non pugnet cum ipsâ scripturâ, imò rem ipsam in scriptura fundatam commodissimè explicet; sed quia ejus *ἔμφρασις*, quandoquidem à *sacrando* dicitur, eo quod per id homines revera Deo consecrentur penitus vellent sublatam, ipsum quoq̄ve nomen illis immerito est exosum.

§. 5. Voces *Signum* & *Signatum* etiam à *Calvinianis* in doctrinâ Sacramentorum adhibentur crebrius, ut Principem suum Sacramentorum Finem significativum eò commodius venditent. Sciendum verò est quod variæ sint earum distributiones & acceptiones. Secundum e *Augustinum* signum est, quod seipsum sensui, & præter se a'iquid animo representat. Secundum *Scholasticos* signa sunt vel *memorativa*, *demonstrativa* & *prognostica*. *Memorativa* sunt, quæ præteritū aliquod in memoriam reducunt. Hujusmodi voluit Deus esse tridem Gen. 6. *Demonstrativa* sunt, quæ præsentia monstrant, ut fumus ignem. *Prognostica* verò quæ futura prænuntiant: Hujusmodi est varius Solis color, dum occidit, juxta illud Poetæ:

Cæruleus pluvias denuntiat, igneus Euros.

§. 6. Deinde *signa* sunt alia *naturalia*, quæ apud omnes idem significant, sive potius quæ suapte naturâ aliquid significandi vim habent; quomodo gemitus est *signum* doloris & risus lætitiæ &c.

Alia

e August. d.
primæ Dial.
c. 5.

f Aug. I. 10. de
civit. Dei.
cap. 15.

g Meisn. in
philos. sobr.
part. 1. sect. 1.
qvæst. 4. p. m.
164.

Alia verò ad significandum quid dat vel per naturam ut vox hominum, vel arbitrio hominis, ut clangor tubarum, &c. Ad posterius signorum genus sano sensu referri etiam possunt Sacramenta, quæ sunt signa visibilia à Deo T. Opt. M. ex singulari gratiâ ad allevandam nostram in rebus spiritualibus imbecillitatem instituta atqve concessa, quorum pars Una Essentialis in se & suâ naturâ considerata nullam cum alterâ habet cognationem, in usu verò sacramentali per verbum adunita optimè conveniunt.
Hinc f *Augustinus Sacramentum dicit esse rei sacræ signum. Et circumcisio vocatur signum fœderis Genes. 17. v. 11. Quod tamen Apostolus per σφραγίδα τῆς διακοσύνης τῆς πίστεως explicat. Notandum verò hîc est probè quod maximum sit discrimen inter Sacramenta V. & N. Testam. Illa enim verè signa erant Typica & prefigurantia imaginem ipsam, ad quorum finem τὸ σημαίνειν spectabat: Ast in N. Testam. res sese longè habet aliter, quia Sacramenta hîc sunt symbola verè exhibitiva & conferentia, ideòq; τὸ σημαίνειν si quod in iis invenitur, rectiùs adjunctum quàm Finem illorum dixerimus, ut nervosè monet Excellentissimus Dn. D. Meisnerus. g*

§. 7. Habent verò sese *Signum & Signatum* ut Relatum & Correlatum; quapropter etiam certa aliqua *χέρις* illis intercedit, ad doctrinam Sacramentorum accommodatis. Aut ergò vocabulo *signi* notatur integrum Sacramentum, & tunc ejus *Signatum* nihil differet à signo: Neque enim usus Sacramenti est aliquid extra Sacramentum positum, sed pertinet ad essentialiam Sacramenti; Aut alterutra pars essentialis, nempe Elementum visibile, & tunc *signatum* ejus erit res aliqua cœlestis: Utrobique dari *χέρις* & respectum quendam nullum est dubium.

§. 8. Denique Vocem *Unionis* quod concernit, in hâc doctrinâ sacramentorum non *physicè* pro naturali & essentiali aliquâ copulatione *signi & signati* usurpatur, multò minus pro locali aliquâ transubstantiatione, quæ Lutheranis orthodoxis ne quidem per somnium unquam in mentem venit, & tamen invitis sæpius clam & palàm obtruditur; sed *Theologicè* pro sacramentali & mysticâ *ένώσει*, *Unitione* vel *adunitione*, quæ tamen
non

non in verbis & *Zwingliana* verborum *ἰσχυρισμῶν*, sed in rei veritate consistit, ideoque non verbalis sed realis erit. Etenim sacramentalem Unionem Naturali seu Essentiali, & realem verbali opponimus in gratiam *Calvinianorum*, qui non nisi verba crepant, & ipsam Unionis sacramentalis veritatem enervare student. Quapropter sæpè ludunt Sophistico more, hoc termino: *RE Sacramenti*, quem quidem verbis pro altetâ parte Sacramenti Essentiali sumere videntur, reipsâ tamen effectum Sacramenti intelligunt, atque inter hunc & rerum signa Unionem sacramentalem intercedere non sinè absurditate magnâ statuunt. *Virtus enim & gratia Sacramenti neque cum parte Elementari, neque cum re cœlesti in ullo aliquo Sacramento unquam sacramentaliter unitur, aut unum quid constituit: sed versatur extrâ Sacramenti Essentialiam, neque obtingit omnibus Sacramento quantumvis ratione essentia integro utentibus. Jam verò Unionis sacramentalis, propria natura & affectio est, ut res unita in usu Sacramenti tam quoad infideles quàm quoad fideles semper sibi sint presentissimè unita, & neutra sine alterâ Sacramento utentibus obtingere possit.* ut habent verba h. D. *Hutteri* piæ memoriæ.

§. 9. Cautione ergò hîc opus est, ne per tam varias, quas *Calviniani* (alias *Reformati* sed immerito dicti: videatur i *Mentzerus*) sæpè objiciunt, nebulas & præstigias, veritas *Unionis Sacramentalis* vel obscuretur vel etiam penitus ex mentibus nostris eripiatur. Nam si vel centies jactitent, se nobiscum consentire in mysticam quandam & verissimam partium sacramentalium *Unionem*, haud facillè credendum erit, cum *Unio* etiam *mystica* dici queat, non tantum ob tremendum illud & ineffabile mysterium, quod ex reali partium sacramentalium *Unione* promanat; sed ob mysticam illam nominum permutationem. Quamdiu igitur hi *Pseudo-Frater* Sacramenta V. & N. Test. substantialiter convenire, Formamque Sacramentorum N. Testam. per analogiam *signi & signati* relativam absolvi statuunt, tamdiu non veram & realem, sed *verbalem* saltem *Unionem* propugnabunt. Sed ne hisce præliminaribus nimis diu immorari videamur, rem ipsam sine ambagibus aggrediamur, propositumque nostrum accedamus. Sequitur ergò

CAP.

h. Hutter. in
Loc. Com.
p. 603. seqq.
i. Mentz disp.
I. Anti-Croc.
th. 7. p. 5.

CAPUT SECUNDUM.

De

Etymologiâ, Synonymiâ & Homonymiâ vocis *Baptismi*.

§. 1.

ANtequam verò nos ad ipsam rei arcem convertamus, operæ pretium esse, ut majoris perspicuitatis ergò, vocis originationem præcognoscamus, ab æquivocatione liberemus, non est quod ullo modo dubitemus.

§. 2. *Etymologiam* igitur sive *Originationem* quod spectat, *Baptismus* sive *Baptisma* voces origine græcas esse, ambabus ut nobis concedatur manibus necesse est. Descendunt enim à verbo *Βαπτίζεσθαι*, quod frequentativum est ex verbo *Βάπτω*, quod *tingere* seu *lavare* significat, & cognitionem habet cum verbo *Βυθίζω* & *Βαθύνω*, quorum utrumque significat in profundum demergere, quorum illud originem trahere videtur à *Βύω*. Unde *Βύθος* sive *Βυθόν* quod fundum ad profundum seu profunditatem significat. Unde Psaltes inquit: Defixus sum limo profundo, ubi non est *ὑπόστασις*.

Psal. 69.

§. 3. Usurpatur autem verbum *Βαπτίζεσθαι κυρίως* bifariam in Scripturis & Scriptoribus tam Ecclesiasticis quam profanis, *κυρίως* propriè scilicet & *μεταληπτικῶς*. Propriè enim *ιδίως* significat immersionem in aquam, ut videre est in versiculo *Sibyllæ*, quem recitat *Plutarchus*:

k Plut. de Athen. in vitâ Thesei.

Ἄσκησ' βαπτίσει, δύναι δέτος ἔ' ἴεμις ἐστ'.

Id est: *Mergeris uter aquis, sed non submergeris unquam.* Item in mortem Christi baptizamus inquit *Paulus* Rom. 8. *Item*: Quotquot baptizati estis, Christum induistis Galat. 3. Unde *Βαπτίζεσθαι ἐπὶ τῶν πρᾶγματων* significat: opprimi mola negociorum apud *Plutarchum*. I *μεταληπτικῶς* seu *tropicè* significat *Baptismus* ablutionem per aquam, vel asperisionem vel intinctionem in aquam, communi cum usu Sacræ Scripturæ ut videre est Marc. 7. & Luc. 11. Tum Veterum Scriptorum tam *Ecclesiasticorum* quam *Prophanorum*. Liberum est itaque Ecclesiæ in *Baptismo* vel merfione in aquam, vel asperfione aquæ uti, salvâ Eccle

l Plut. in moral. pag. Græ. ei codicis 859.

Ecclesiæ cujusque consuetudine, & excepto scandalo, quod nobis testantur in *Cyprianus & Augustinus*.

§. 4. *Synonyma* seu ἰσοδυναμῶντες Baptismi in Scripturâ & Scriptoribus græcis, præsertim Ecclesiasticis, sunt patissimum lex (1.) τὸ λῆτρον, id est, lavacrum. (2.) lavacrum aquæ in verbo Ephes. 5. (3.) Lavacrum regenerationis. (4.) Aqua Baptismi, 1. Petr. 3. (5.) ἐπερώτημα *stipulatio*, id est, *obligatio* mutua Dei & hominis baptizati, constans interrogatione & Responsione, quam *Græci* interpretantur, ἀρραβῶνα, εὐέχυρον & ἀπίδειξις, Authore *Oecumenio*: Deus enim testatur se recipere personam baptizatam in gratiam, persona baptizata vicissim dat fidem Deo, quod ritè eum colere velit. (6.) His adjungatur δεῖτομν Coloss. 2. à *Justino Martyre* Circumcisio spiritualis. Vernaculo sermone Baptismus redditur: Die Tauffe / von Vertäuffen / seu à *mersione in aquam*, olim in calidioribus regionibus usitata, cui Hebraicum respondet וָבַטְּ immergi in aquam, ut videre est, Psal. 9. & 69. Item, Jerem. 38. & Germanicum ein Bad / per metathesin literarum. Item, הַבָּטוּ, id est, *annulus*, cui digitus immergitur, signum scilicet foederis, seu stipulationis inter Christum Sponsam & Ecclesiam Sponsam, quæ fit per *Baptismum* Exod. 35. Eph. 3. Gen. 41. Esai. 3. Gen. 26. &c.

§. 5. A Sanctis Patribus ornatur Baptismus multis titulis specialibus. Cujusmodi sunt: *Sacramentum novæ nativitatis* apud *Hilarium*. Deinde vocatur (1.) δῶρον propter remissionem peccatorum. (2.) φῶσιμα propter lucem fidei salutaris. (3.) τέλειον propter justitiæ & salutis perfectionem, apud *Clementem*, n. *Dionysius θεογενεσίαν* vocat, *Cassiodorus* fontem divinum, quo fideles in novam creaturam regenerantur.

§. 6. *Homonymia* sive æquivocatio *Baptismi* varia est. Potissimum verò sumitur bifariam, γενικῶς καὶ ειδικῶς, *Generaliter & Specialiter*. (1.) γενικῶς acceptam sive ειδῶς sive τροπικῶς, multis modis accipitur, inter quas quatuor significata, quia Scripturæ præcipuè usitata & recepta sunt, silentio nequaquam prætercunda sunt.

§. 7. Prima significatio est, quæ usurpatur Baptismus de do-

B

nis

in *Cyprian.*
lib. 4. Epist. 7.
& *August.* de
dogm. Eccles.
cap. 74.

in *Clem. lib. 1.*
pedagog.
Dion. c. 6. li. 2.
ιεραρχίας
Ecclesiasticæ.

nis Spiritus Sancti, præsertim in oculos incurrentibus & miraculosis, ut Actor. 1. 11. 19, Matth. 3. Luc. 3. quam speciem *Scholastici baptismum flaminis* appellarunt. (2.) Pro lotionibus poculorum seu *urceorum* ut Marc. 7. Luc. 11. & id genus purificationibus Judaicis sive Pharisaicis ut Ebr. 6. 10. 19. Item pro liberatione divinâ, quæ Duce Mose Israëlitis contigit ex mari rubro 1. Corinth. 10. (3.) Sumitur pro *Cruce & Afflictionibus* communibus Ecclesiæ & singulis piis cum Christo & Apostolis, Matth. 20. Marc. 11. Luc. 12. Denique (4.) sumitur *pro martyrio Catechumenorum*, seu novitiorum Christianorum, ante initiationem Baptismi raptorum ad supplicium capitis, & ad effusionem sanguinis propter Evangelium, quos o *Basilius* scribit, baptizatos esse in Christum, id est, immersos in mortem & sanguinem illius, per fidem in ipsum, licet non aquâ sed proprio sanguine tinctos & madefactos. Et hanc speciem *Baptismi* vocarunt *Scholastici baptismum sanguinis*.

o Basil. in
hom. de 40.
Martyribus.

§. 8. (2) *eidemōs* sive *specialiter* accipitur vocabulum Baptismi de ipso Sacramento Initiationis, cujus significationis exempla in Evangelio & Scriptis Apostolorum sunt usitatissima, quam significationem huic loco propriam & peculiarem vendimus. Sit igitur

CAPUT TERTIUM. De Essentiâ Sacramenti Baptismi.

§. 1.

Hisce jam prælibatis ipsam definitionem perpendamus, cujus variæ quidem dantur *Patrum* descriptiones. Nos verò cæteras omittentes, hanc definitionem ut analogiæ fidei, ita & præceptis Logices consonam fore Iudicamus: *Baptismus est prius N. Testam. Sacramentum, quo hominibus in Nomine Patris Filii & Spiritus Sancti aquâ baptizatis Deus beneficia Filii sui Mediatoris nostri obedientiâ & satisfactione partâ tum offert, tum fidei interventu donat applicat & obsignat, ut ex Filiis iræ Filii Dei facti ad vitam*

Definitio
S. Baptismi.

vitam aeternam regenerentur & renouentur. Matth. 28. v. 19. Mal. 16. Johan. 3. v. 5. Rom. 6. v. 4. Act. 2. v. 38. Eph. 5. v. 26. Tit. 3. v. 5. 1. Petr. 3. v. 21.

§. 2. More Logicorum definitionem hanc resolvamus & inquiramus genus & *differentiam specificam*. *Generis* locum obtinet vox *Sacramenti*, quod ut in aliis sic etiam in hoc *Sacramento Baptismi* significat *ἡρώτως* non signum, sed ipsam actionem, nempe immersionem seu asperionem quæ fit per aquam, juxta institutionem; Dicimus ergo actionem esse genus remotius: *Propinquius* verò alterum *N. Testam. Sacramentum*. Quapropter etiam hoc Sacramentum non erit *Relatum secundum esse*, sed *secundum dici*, quippe quod *primariò* est in Sacramento *Actionis*, *secundariò* verò *Relationis*, quod est contra naturam Relatorum secundum esse. Hinc *τὸ εἶναι* hujus Sacramenti Baptismi non in eo consistit, ut tantum referatur ad suum Sacramentatum; sed *ἐν τῷ γίνεσθαι*, cum extra usum non sit Sacramentum, & Baptismus sit *ἔργον* non significandi, sed exhibendi & communicandi promissionem gratiæ divinæ, uti supra cap. 1. fusius dictum est.

§. 3. *Differentiam specificam* quod attinet: Sumitur ea à *Causis Efficiente, Instrumentali, Formali &c.* *Causa Efficiens* sive *Instituens Baptismi*. ut omnium Sacramentorum est *Ipsè Deus*, unus in Essentiâ, & Trinus in personis, Pater, Filius & Spiritus sanctus, salvo scilicet discrimine proprietatum & officiorum singularum personarum, & salva distinctione modi Institutionis. Illud probamus variis Scripturæ Sacræ fundamentis (1.) Quia Johannes non propriâ suâ Autoritate, sed mandato divino baptizavit Luc 3. v. 2. Johan. 1. v. 33. (2.) Quia Christus Ipse (per suos discipulos) baptizavit, Johan. 3. v. v. 22. ac 41. Quia (3.) Christus post resurrectionem suam per totum terrarum orbem discipulos baptizare jussit, Matth. 28. v. 19. Denique (4.) illud probamus *Authoritate Patrum*. Ita enim, inquit *Augustinus*, Baptismus in nomine Patris Filii & Spiritus Sancti, Christum *habet Authorem*, non quemlibet hominem. *Christus enim venit, & implevit circumcisionem, data Circumcisione perfectiori in-*

1. *Causa Efficiens Baptismi.*

Epiph lib. 1.
Tom. 2.
q Dn. D.
Hulsm. Cal.
vin. Irrecon.
p. 513.

r Osterod,
Inst. c 39. §. 1
p. 347 §. 2. p.
348. Smalz.
contr. D.
Frantzium
disp. 10. p. 308
209
s Gabr. Prat.
Elench. hz-
tes. p. 259.
t Svarez. tom
4. fol. 200.

quit p *Epiphanius*. Concludimus ergò cum Magnifico Domino q Præside, Patrono, Præceptore & Promotore meo nunquam non observantiæ cultu prosequendo, suspiciendo: Supra dicta tam esse luculenta rotunda scripturæ testimonia, ut insigni Satanæ odio in civitatem Dei emissi sint, qui hæc dicta omnia vel arroderent vel emedullarent.

§. 4. Interim tamen contra hanc assertionem graviter impingere audent. (1.) *Photiniani* statuentes, *Baptismum* originem suam potius trahere *ab Apostolis*, quibus permittente Christo, tale quid constituere liberum permissum, nequaquam præceptis injunctum fuerit. r *Osterodus & Smalzius*. Nos verò Respondemus quando Johan. 4. v. 2. dicitur Christus baptizare per discipulos suos, quod discipulorum Baptismus Christi dicatur, quia mandato & nomine Christi baptizarunt. (2.) *Suvencofeldiani* qui baptismum vel blasphemè balneum suillum & caninum nominant, vel sceleratè appellitant, videatur *Gabriel Pratul s* Vindica ô Christe execrandam blasphemiam! (3.) *Jesuitæ* qui Christum manibus suis baptizasse asserunt referent t *Svarezio* contra *Nicephorum* quem idem retulisse referunt. Nobis verum unica Johannis authoritas sufficit supra citata ex Johan. cap. 4. v. 2.

§. 5. Quare non iuconvenienter hæc incidit quæstio: Num Johannis, Christi & Apostolorum Baptismus unus & idem sit? Respondemus affirmativè nimirum idem ratione *substantiæ & efficaciam*; Johannes enim de Baptismo suo Ipse testatur, quod *verbum Domini super Ipsum factum in deserto, & venerit in omnem Regionem Jordanis predicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum*, Luc. 3. v. 2. & Johan. 1. v. 33. Qui misit me baptizare in aqua dixit mihi. Imo Ipse Christus attestatur baptismum Johannis fuisse è cœlo, hoc est à Deo in cœlis habitante Matth. 21. v. 25. Etenim hujus phrasis vim exprimunt similia loca, Luc. 15. v. 21. inquit Filius prodigus jam pœnitens: *Pater peccavi in cœlum & coram te*. Quod Regius Propheta David Psal. 51. v. 6. his verbis exprimit: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci*. Ergò unus est Baptismus, specie, sicut unus Dominus

minus & una fides Eph. 4. v. 5. Interim tamen differunt (1.) *ratione efficientis*. Quia Christus est Author & Dominus Baptismi: Johannes verò & Apostoli fuere servi & Ministri (2.) *ratione formulae*, quantum ad circumstantiam temporis, quia Johannes baptizavit in Christum adhuc passurum. Apostoli verò in Christum passum & mortuum.

§. 6. Non immeritò itaqve miramur cœcitatē *Bellarmini* & aliorum, quorum oculi in tantâ luce veritatis divinæ cœcutiunt, ut opinentur, *quod Deus in genere quidem hunc ritum Johanni inspiraverit; sed in particulari ab ipso esse inventum: Quod Baptisma Johannis cum Baptismo Christi non eandem habuerit efficaciam; Quod non spectarit ad N. Testam.* & similia de quibus videatur in *Bellarmino*. Cum determinatio hujus ceremoniæ missioni divinæ expressè tribuatur Johan. 1. v. 33. *vocatur consilium Dei*, Luc. 7. v. 30. quod per vocem quandam externam innotuisse non obscurè indicant Evangelistæ Luc. 3. & Johann. 1. Quod in remissionem peccatorum baptizavit. ibidem. Et lex atqve Prophetæ durarint usqve ad Johannem Matth. 11. vers. 12.

§. 7. (2.) *Causa Efficiens minus Principalis sive Instrumentalis Baptismi* est ordinariè quivis ordinarius Ecclesiæ Minister legitimè vocatus, cui certo mandato potestas baptizandi concessa est, Matth. 28. v. 19. quem vocat *Apostolus* οἰκονόμου μνηστῆρα *Jes* 1. Corinth. 4. v. 1. Hinc *Chrysostomus* v. inquit: *Evangelizare paucorum est; baptizare autem cujuslibet, modo fungatur sacerdotio*. Notanter verò diximus ordinariè spectare munus baptizandi ad Ministros Ecclesiæ, ne primò in scopulum *Anabaptistice confusionis* impingamus, qui sine habito respectu, an sit ordinarius Ecclesiæ Minister nec ne, omnes promiscuè Christianos æqualiter baptismum administrare posse arbitrantur. Deinde ut *Calvinianorum* temerarium judicium, improbens casum necessitatis excipiamus (videatur x *Calvinus, Ursinus, D. Johann. Crocius* & alii) in quo casu etiam privata persona sine discrimine sexus administrationem ratam suscipere potest, modo

Epist. 326. p. 539. seqq. Ursin. Tom. 2. p. 17. seqq. & D. Johann. Croc. in Com. de Aug. Conf. Societate c. 19. p. 441. seqq.

u Bellarm. lib. 1. de Bapt. c. 5. 20. seqq. confer. Concil. Triad sess. 7 can. 1. vol. concil. 5.

2. Causa Instrumentalis Baptismi,

vv Chrysin 1. Cor. 4. v. 1.

x Calvin. lib. 4. Instit. c. 15. §. 20. seqq. & in Epistol. 278 p. 454. seqq. Crocius in

y August. l. 2.
contr. Parm.
cap. 13.
z Hier. lib. 2.
contra Lucif.
p. 135. Tertull.
d. Bapt. Tom.
3. p. 464. A.
genda Eccles.
a Dederic.
De Ministris
Impuris Hæ-
reticis.

b August. l. 3.
contr. Cresc.
e. 11. & Tom.
7. lib. 7. de
Bapt. contr.
Don. Optat.
lib. 2. Haym.
supr. Pentec.
c Hieron. ad-
vers. Lucifer.
p. 239.

dò (1.) in religione Christiana rectè fuerit informata. (2.) for-
mamqve Sacramenti Baptismi retineat integram & incorru-
ptam; Verùm non *ordinariè* sed *extraordinariè* non *publicè* sed
privatim. Unde y *Augustinus* dicit: *Nullâ cogente necessitate*
hoc si fiat, alieni muneris est usurpatio. Baptizare autem si cogat
necessitas, scimus etiam convenire Laicis teste z *Hieronymo*.
Confer *agenda Ecclesiastica Hassiaca*. *Casum necessitatis* verò
vocamus illum, quando Infantulo jamjam sine baptismo sit,
moriendum, nisi interveniat privatæ personæ administratio,
videantur a *Didericus* & alii.

Hass. d. anno 1566. p. 131. &c. & de an. 1574 p. 52.
Inst. Catech. loc. d. Bapt. p. m. 692. & 693. &c.

§. 8. Quod si Minister Ecclesiæ non est legitimè vocatus ne-
qve in vitâ & religione sincerus aut adulter, flagitiosus, Hære-
ticus, an integer & verus illius Baptismus reputandus esset? R.
optandum foret ut, quemadmodum Apostoli non solùm sine-
ritati doctrinæ, sed & vitæ sanctimonix indefessâ studuerunt
vigilantiâ, etiam hodierno tempore omnes Ministri Ecclesiæ
de legitimâ vocatione, fide rectâ & vitâ purâ gloriari possent;
attamen si fortè hæc abfuerint, nihil inde decedit integritati hu-
jus *Sacramenti Baptismi*. Etenim (1.) Baptismi virtus & effica-
cia non à Ministri vel fide vel impietate, sed ex solius Dei illud
Instituentis institutione, dispositione, promissione & veritate
dependet. (2.) Exempla Ministerii illud probant. (a) Im-
pii *Jude* Matth. 16. (b) *Caiphæ* & *Pharisæorum* sedentium in
cathedrâ *Moisis* Matth. 23. &c. Deniqve (3.) illud probo ab *Ec-
clesiæ consensu*, Omnes enim Orthodoxi Theologi & Patres, ad
unum, (quod sciam) omnes consentiunt videatur b *Augustinus*,
Optatus, *Haymo* & alii.

§. 9. Prætereà etiam Distinguimus inter *Hæreticos* errantes
in fundamento fidei, & substantialia *Baptismi* corrumpentes.
Sic ergò *Pontificii* verum Baptismum conferunt, quia substan-
tialia Baptismi retinent, etiamsi superstitiosa multa iisdem im-
misceant. c Contrà verò *Arriani*, *Photiniani* & *Macedoniani*
quia essentialia Baptismi immutant, verum baptismum non

con.

conferunt. Ergò qui à tali Hæretico tingitur non est baptizatus, sed baptizandus erit secundum Can. 19 Concil. Nizæni. Ita & talem hæreticum, qui quidem occultè fovet aliquam hæresin Baptismi veritati contrariam, substantialia Baptismi verò non impugnat, multò minùs ea mutat, hujus quoque hæresin ut privatum errorem integritati baptismi tanquam publico Ecclesiæ bono nihil derogare existimamus.

§. 10. Deniq̄ve non possumus præterire quin brevibus vel saltim unico verbo mentionem faciamus baptismi famellarum & Laicorum, nostrumq̄ve judicium ponamus illudq̄ve affirmativum, quod nimirum verus atq̄ve efficax sit rationes vide in §. 7. præcedente nimirum in casu necessitatis. Quare d *Zwingliani & Calviniani* efficaciam baptismi ad ordinarium Ecclesiæ Ministrum, usq̄ve adeò arctè adstringunt, ut, deficiente Ministro ordinario, infantem sine baptismo mori malint, quàm illius administrandi copiam fieri, vel piis mulierculis vel Laicis, in privatis scilicet ædibus; Quæ verba ultima benè notanda sunt, non enim licitum est Tyroni, cui in conventibus Ecclesiasticis exercitium concionandi, Authoritate Presbyterii, sive judicii Ecclesiastici, concessum est, in templo baptizare, aut solennem Ecclesiæ benedictionem, post concionem, publicà recitatione collecta ad aram peragere, anteq̄vam ordinatus est, à quo non adeò videtur abhorrere e *Beza*.

§. 11. (3.) *Causa Materialis Baptismi* est duplex vel *ex quâ* vel *circâ quam*. Causa materialis *ex quâ* est iterum duplex vel *terrena* quæ aliàs vocatur *externa* vel *cœlestis* & vocatur *Interna*. (1.) *Causa Baptismi materialis ex quâ terrena* sive *Externa* est *aqua vera & naturalis sive elementaris fluminum fontium sive maris*. Idq̄ve probamus (α) *Ex ipsâ Institutione*. Matth. 28. quâ jubentur Apostoli baptizare omnes gentes, quod fieri sine aquâ non potest. (β) *Ex similitudine typorum Diluvii, maris rubri, & aliorum*. (γ) *Exemplo Johannis Baptiste*. Qui non nisi aquâ baptizavit vigore ipsius & servatoris nostri testimonii Matth. 3. v. 11. Actor. 1. v. 5. Deniq̄ve (δ) *propter analogiam ad effectum*. Ideò Baptismus *per Aquam* celebratur, ut sicut aqua sordes corporis ablu-

d Calvin. l. 4. Inst. c. 15. sect. 20. seqq. Beza. in quæst. & resp. p. 151. It. Polanus Synt. Theol. lib. 6. c. 55. de Baptis. d. 1591

e Beza quæst. 114 p. 38, Tertii Volumin. 3. Causa Materialis Baptismi.

f Ambros. in
c. 6. Rom.
g Eck. Comp.
Th. Patr. Lib.
i c 8. p. m 198.
Dideric. Inst.
Catech. L. de
bapt p. m. 696
h August 1, 59
de hæref. tom
6. col. 27.
i Gabr. Prat.
Elench. Alph.
hæref 1. 6. p.
183. Dn. D.
Gerhard. in
Loc. d. Bapt.
p. m 886.
k Tolet. lib. 2.
de casu. consc.
c 18. Greg. d.
Valent. Tom.
4. disp. 4. q. 1.
Bellarm. lib 1
Loc. Bapt. c.
26. Confer
Catechism.
Rom. p. 308.
l. Beza Vol 3.
Epist. 12. ad
Thom. Tiliū.
p. 196. part. 2.
Resp ad aëta
Colloq.
Momp p 137.
D. Hutter.
Artic 18. L.
C. p. 627.
m D Jac. An-
drea in Coll.
momp p. 439.
n Videanrur
Tom, 6, Jen,

abluit, ita & nos ab omni peccato per baptismum spiritualiter purgatos & innovatos credamus. Author est f *Ambrosiaster*. Rationes plures, si placet, Benevolus Lector videre potest apud *Eckartum & Didericum*.

§. 12. Ex dictis igitur unicuique constabit quam graviter, errent & errarint, ne dicam, sacrilegium commiserint (α) *Manichæi & Seleuciani*, qui baptismi, materiam, aquam nempe, exterminabant, & adustione quâdam ignis utebantur, teste & Referente h *Augustino*. (β) *Monachi flagellantes* qui baptismum, ex proprio sanguine, flagellis ex corpore excusso, conficiendum nugabantur testis est i *Gabriel Prateol & Dn. D. Gerhardus*. (γ) *Pontificii* in genere qui vel aquam ex luto expressam & terrâ conspurcatam, vel peculiaribus quibusdam exorcismis & consecrationibus adornatam, in baptismo adhibendam disputant k *Toletus, Gregorius de Valentia, Bellarminus & alii*. Denique (δ) etiam graviter impingunt scopulum *Calviniani* dicentes in casu necessitatis defectu aquæ ejus loco, alium quemvis liquorem veluti lac, cerevisiam, oleum, vinum &c. adhiberi posse, ut *Calvinus & I Beza*. Nos verò monemus ne temerè talem necessitatis casum fingant, cum quovis terrarum loco aquarum, copia haberi possit.

§. 13. Scimus jam rem *Terrenam* esse aquam, eamque elementarem puram sive fontaneam sive fluviatilem, sed cum hæc ad absolvendam *Baptismi* essentiam non sufficiat; quæritur, quid sit (2.) *Causa ex quâ Interna* sive *Cœlestis*? Certè hîc iudicii mei imbecillitatem offero, cum etiam nostri Theologi quidam videantur hâc in parte in totum non convenire. Quidam dicunt *Rem Cœlestem* esse sanguinem Christi ut *D. Hutterus* piæ memoriæ. *Alii* Spiritum Sanctum ex *Johan. 3. v. 5.* ut m *D. Jacobus Andrea*, Nos verò cum *Menzero B. Meisnero, n Gerbaro, Brochmanno*. Item cum *B. Luthero Balduino* dicimus *Rem Cœlestem* in baptismo esse Totam Sacro Sanctam Trinitatem, à quâ nec Christus *Ἰεσὺς Χριστὸς*, nec sanguis ejus excluditur. Quare cum

seqq. & D. Hutter. loco citato.

D. Gerh. L. C. d. Bapt. p. 899. Borchm. Artic. 35. System. Theol. Luther. fol 283. Bald, in disp, 15. Artic, Smalc. th, 44.

cum verbum Domini sit lucerna pedum nostrorum & lumen
semitis nostræ juxta Psal. 119. v. 115. Ad illud si tanquam ad ly-
dium lapidem dissensum hunc qualemcunque probaverimus,
saltim in verbis non reipsâ consistit; atque ita verbalis tantum
non realis erit, Joh. 3. v. 5. quidem peculiariter nominatur Spi-
ritus Sanctus non exclusis tamen reliquis personis. Intelligi-
tur enim Spiritus Sanctus qui est Patris & Filii Spiritus ab utro-
que ineffabiliter procedens.

§. 14. Nil verò obstat quod *Paulus* Tit. 3. v. 5. vocet bap-
tismum lavacrum regenerationis & renovationis in Spiritu S.
Non enim ideò excludendæ erunt reliquæ Divinitatis personæ,
cum, ut habet regula Theologica: *Opera Trinitatis ad extra sint
indivisa. Vinculum igitur Unionis rei terrenæ & cœlestis est Ver-
bum* quod ipsam aquam sanctificat, & supra qualitatem suam na-
turalem ad officium hoc sacramentale evehit; Est enim bap-
tismus non simpliciter aqua sed lavacrum aquæ in verbo Ephes 5.
v. 26. Verbum autem illud est *tum mandati* (quod habet rationem
causæ efficientis) Euntes, docete, baptizate, &c. Matth. 28. v. 19.
tum promissionis. Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit,
Marc. 16. v. 16.

§. 15. *Materia circa quam* Baptismi dicimus esse *ipso* homi-
nes & quidem *vivos* idque probamus. (a) Quia illi soli à Deo
jubentur baptizari, Matth. 28. v. 19. (b) Quia Johannes Bap-
tista & Apostoli Christi non nisi homines vivos baptizarunt dicti-
tante passim Scripturâ Sacrà. (c) Quia illis solis competit
promissio & effectus baptismi Johan. 3. v. 5. Actor. 2. v. 39. Qua-
propter graviter peccant (1.) ii qui more *Cerinthianorum* mor-
tuos baptizare vel etiam ipsa sepulchra aquâ lustrali aspergere
non erubescunt uti refert o *Epiphanius*. (2) *Pontificii*, qui ba-
ptizant campanas, adhibitis ritibus planè ridiculis, referente
p *D. Gerharo, Johanne Calderino & Diderico*. (3) Qui confe-
runt baptismum Infantibus nondum natis, vel tantum ex parte
in lucem editis contra Regulam Antiquitatis: Non potest quis-
quam renasci antequam sit natus, quam regulam probat etiam

o Epiph. hæ-
ref 28. contr.
Cerinth.
p D Gerh. in
L. d. Bapt.
Ioh. Cald.
tract. de in-
terd. pag. 1.
num. 97.
Dider. Instit.
p. m. 710.

C

Catech. art. d. Bapt.

q Luth T. m.
12. VViteb.
p. 292.
r Luth. in
coll. Menfl.
d. conjugio,
p. 330.

q *B. Lutherus*. Deniqve (4.) etiam non sine causa prægnante
improbamus Baptismum *monstrorum* quæ ex bestiali concubitu
nata humanam & pecuniam speciem representant. Judicio *B.
Lutheri*.

§. 16. Suprà diximus homines & quidem vivos esse bapti-
zandos, notum autem est horum esse *duo genera adultos*, videlicet
& *Infantes*. Quid verò de adultis quinam & quales sint, est sta-
tuendum? Nos respondemus cum *Diderico* distinguendo inter
adultos in fidei & religionis fundamentis informati, & inter
eos qui fidei fundamenta ignorant (sive jam sint fœminæ sive
mares) quia baptismus promiscuè ad utrumqve sexum perti-
net. Illudqve probamus (1.) ex *Institutione Baptismi*, quoad
Adultos enim præmittitur τὸ μαρτυρεῖν sequitur τὸ βαπτίζειν,
sicuti eodem modo πιστεύειν καὶ βαπτίζειν ponuntur Marc. 16. v. 16.
(2.) *Ex Apostolorum observatione*. Ipse enim Johannes Baptista
& Apostoli hanc observârunt consuetudinem, quam nos negli-
gere non decet Matth. 3. v. 1. Luc. 3. v. 3. (3.) Quia prædicatio Evan-
gelii contumaciter repudiantibus obtrudenda non est, Matth. 7.
vers. 6. cap. 10. v. 4. multò minùs sacratissima Sacramenta.

§. 17. Pergendum nobis brevitati studentibus erit ad se-
cundum genus baptizandorum, quod sunt *Infantes*. Illud,
probamus variis rationibus & fundamentis. (α) *Ex parte Dei*
eis baptismus denegari non potest, quia vult omnes homines
salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, 1. Tim. 2. v. 4.
Nec (2.) *ex parte Ministri* cum is æqve salutis *Infantum* ac *Adul-*
torum destinatus sit. Neqve (3.) *ex parte suscipientis*. Cum
Infantes Impœnitentiâ & incredulitate gratiam divinam non
repudient, sicuti *Adulti* hypocritæ sæpè faciunt. (4.) Proba-
mus illud etiam à *paribus & analogiâ Circumcisionis*. Quia *Ba-*
p-tismus in N. Test. successit Circumcisioni, Coloss. 2. v. 11. At-
qui Circumcisio in V. Testam. adhibita fuit *Infantibus* octavâ
die, Gen. 17. v. 10. Ergò eâdem ratione & Baptismus eis con-
ferendus. (5.) *Ab Exemplo & praxi Apostolorum*, qui integras
domos & familias baptizarunt, Act. 16. v. 15. Ergò etiam *In-*
fantes baptizârunt, quæ tamdiu inconcussa stabit, donec *Ana-*
baptiste

baptista contrarium probabunt, in domibus & familiis ab Apostolis baptizatis aut non fuisse Infantes, aut non fuisse baptizatos; Rationes plures Benevolus Lector videre poterit apud *Didericum*. s Credimus ergò verbis *Cypriani*: *Nulli hominum nato misericordiam & Dei gratiam denegandam esse: Nam Deus ut personam non accipit, sic nec etatem cum se omnibus ad cœlestis gratia constitutionem aequalitate librata præbeat Patrem.*

§. 18. Ex hisce omnibus prædictis luculentissimè patebit, quàm Rigidi & Impii sint illi Pædobaptismi Censores, utpote (1.) *Anabaptista* qui quosvis in Infantili ætate baptizatos, ipsis nomen dantes, novo baptismo initiarunt suæ Ecclesiæ, vide *Colloquium Emdanum & Franctenthalense*, quorum furorem etiam tventur Novi *Photiniani* vide t *Catechismum Racoviensem*. (2.) *Calviniani* & quidem (α) ii qui contendunt locum Marc. 16. v. 16. non de *Infantibus*, sed *Adultis*, & quidem de iis duntaxat *Adultis*, qui verbum Dei sibi prædicatum audiverunt, agere ut v *Zvvinglius*, *Calvinus*, *Zanchius* & alii. (β) ii qui baptismum ob ingeneratam à Christianis Parentibus sanctitatem minùs necessarium esse putant, & dicunt, quod Piorum Parentum liberi ante baptismum sint Dei Filii & heredes, & spiritualiter Sancti ut v *Zvvinglius*, *Calvinus*, *Beza*, *Martyr* & alii.

Instit. c 16. §. 28. & Zanch. Tom. 6. in c. 5. ad Eph. de v *Zvvingl.* tom. 2 l d Bapt. p. 76. & in Resp. ad Luth confess pag. lib. 4. Instit. c 15. §. 20. & c. & in Epist ad D. Clauburg. p. 180. edit. Vol. 11. contr V Vestph. p. 256 & Martyr in 1. Cor. 7. p. 62.

§. 19 Quod verò spectat *Infantes* quales nimirum sint baptizandi, distinguimus cum x *Diderico*, *Dn. D. Schiltero* p. m., *cæterisq; Theologis Orthodoxis* inter *Infantes* infidelium, qui nascuntur *extrà Ecclesiam*, & inter *Infantes* Christianorum qui nascuntur *intra Ecclesiam* sive in gremio Ecclesiæ, fidemque salvificam habent; Et hos solos baptizandos esse censemus, *illos* verò non pari modo ad hoc Sacramentum tanquam bonum Ecclesiæ legatum & proprium admittimus, nisi vel per adoptionem, vel alia legitima media, utpote bello justo &c. in potestatem Christianorum illorum loco spondentium, quod in

s Dider. Inst. Catech. L. d. bapt. p. m. 712

t Cath. Racov. p. 226,

v Zvvingl. tom 1. lib. ep. p 37. 6. §. 12 & L d. bapt. p. 92. b. & d. ver. & fals. relig. pag. 202. Calv. lib. 4. bapt p 227. 477. Calvin. in fol. Beza in fol.

x Dider. Inst. Catech. L. d. bapt. p. m. D. Schilt. in Exeges. Catech. Maj. 1. d, bapt. p. m.

y Traasyl. in
36. arg. cont.
Pædobapt.
arg. 16. Socin.
de statu prim.
hominis.
z Bez part. 2
resp. ad coll.
p. 37. Martyr
a Bellar. lib.
b Beza in
Coll. Momp.
p. 491. Calv.
in Ep. p. 253.

c D. Schilt. in
sua Exeg.
Catech. Maj.
Luth. L. d.
bapt. p. m.
498.

fide Christianâ informari debeant, transeunt. Quare enormi-
ter exorbitant (1.) *Anabaptistæ* denegantes Christianorum *Infan-*
fantibus baptismum, hoc commoti fundamento, quia nullam
habent fidem, vide *Transylvanos & Socinum.* y - (2.) *Calvinia-*
ni, ut z *Beza, Martyr*, qui Infantibus Parentum vel Ecclesiæ fi-
dem adscribunt, vel potentiam, vel semen fidei, vel fidem æqui-
vocam illis tribuunt. (3.) *Pontificii* qui pariter fidem propriam
actualement; Infantibus derogant, Teste a *Bellarmino.*

in 1. Cor. 7. p. 177.

1. d. Bapt. cap 10.

§. 20. Interim tamen non simpliciter ut b *Beza & Calvinus*
volunt, Infantes Infidelium *Ethnicorum, Turcarum, Judæorum*
&c. à Baptismo rejiciendos esse existimamus, usque dum ado-
lescunt, sed quando jam fieri eos exoptant Parentes membra
Ecclesiæ, atque ita offeruntur. Apud Deum enim non est re-
spectus personarum. & hîc omnium diligenter observanda est
particula universalis: OMNES: passim occurrens in man-
datis & promissionibus divinis de Baptismo, testificans salutem
in baptismo ex æquo & sine discrimine offerri & exhiberi om-
nibus omnium ordinum & nationum hominibus videatur.
c *D. Schilterus.* Interim tamen probè notandum est, non per-
vim eripiendos esse *Infantes* è manibus infidelium, cum nullum
hujus facti habeamus mandatum aut Exemplum in sacris lite-
ris, imò cum periculo non exiguo sit conjunctum, ut tales ba-
ptizati, quando adolescunt, ad nefandam impellantur Apo-
stasiam.

§. 21. Sed hîc hæsitare & hallucinari quis posset. Quid de
Infantibus iis, qui sine baptismo decedunt, sit statuendum,
num æterno exitio pereant? R. Cum Dd. Theologis suprâ ci-
tatis, quod Fidelium Infantes, qui inopinato necessitatis casu
exclusi, utpote qui vel in ipso Matris utero, vel in ipso partu,
vel brevi momento post partum, vel eo ipso, dum ad baptismum
exportantur, vel alio aliquo casu inopinato extinguuntur, ba-
ptismo potiri nequeunt, non tamen ideò pereant, sed sine ba-
ptismo ad salutem perveniat, Idque probamus (1.) ex *V. Te-*
stamento.

stam. ubi olim Infantes, qui ante octavum diem sine Circumcisione moriebantur, nihilominus salvati fuere. (2.) *Ex B. Augustini regula: Non privatio, sed contemptus Sacramenti damnat.* plures rationes B. L. inveniat apud Clar d *Feurbornium & B. D. Köberum.* Procul igitur à viâ declinare solent (α) *Pontificii,* qui medium locum inter Cœlum & Infernum, quem *Limbum Infantum* vocârunt, talibus Infantibus assignârunt, ubi nec bene nec malè illis sit, ut videre est apud e *Bonaventuram, Longobardum, Bellarminum &c.* Unde mos enatus in Regno Pontificio, infantes non baptizatos ceremoniis sepulturæ Christianæ fraudandi, eosq; terræ mundandi non in medio, sed in angulo aliquo obscuro Coemeterii. Unde quantopere auctus fuerit mœror piis Parentibus, nemo sanus est, qui non intelligat. (β) *Calviniani* in scopulum impingunt æqvè periculosum, fingentes credentium Infantes quotquot eleti sunt, sive baptizatos sive non, ex utero materno, jure hæreditario sanctos esse. Calvinus, Beza &c. allegata vide in §. 18 precedente.

§. 22. Sequitur jam (4.) *Causa Baptismi Formalis* quæ consistit in legitimâ sacri hujus lavacri administratione quæ complectitur tum *immersionem* vel *aspersionem*, tum verborum Institutionis pronunciationem, ita ut distincta mentio fiat, Patris, Filii, & Spiritus sancti, nec pro iis verbis alia substituantur, Illudqve probamus (1.) *Quia his Iphis verbis* Christus ritum & formam baptismi præscripsit: (2.) Quia expressè trium Personarum fit mentio: (3) Quia præsentia, confessio & invocatio totius Trinitatis confirmatur. Notandum verò est quod vocabulum Formæ hîc non sumatur *Philosophicè* quatenus *materia* contradistinguitur, sed quatenus in ipso cum materiâ coincidit, atqve efficit unum aliquod compositum, constans ex ejusmodi rebus quæ sese habent instar *Materiae & Formæ*; Etenim *ancipitæ* *Græcæ* quandam Philosophicam hîc non respicimus, sed potiùs vocabula hæc quando ad doctrinam sacramentorum accommodantur, ab omni imperfectione repurganda, esse censemus.

d Feurborn.
in Fascicul. 2.
Dissert. Theol. & B. Rob.
in libell. peccul. german.
e Bonav. lib. 2
Sent. Longobart. diff. 33.
quest. pen. & ult. Bellar. l. 2
d. purgat. c. 6.
Tom 2.

4. Causa
Formalis Baptismi.

§. 23. De-

§. 23. Deinde etiam notum est & hoc quod *Forma* sit duplex *Interna & Externa*. *Interna Forma Baptismi* nihil aliud est quam *Unio* illa sacramentalis constans ex duabus partibus essentialibus *RE Terrena & Cœlesti* earumque usus legitimus. *Forma Externa* consistit in verborum Institutionis pronuntiatione sive recitatione. Loquimur vero hîc de verbo ordinationis, quod describitur ab Evangelistâ Matthæo cap. 28. v. 19. Ite Docete omnes gentes, baptizate eos in nomine Patris, Filii & Spiritus S. Verbum enim est triplex (1.) *Mandati* quod ad *Causam Efficientem* pertinet. (2.) *Promissionis* quod ad *Finem & Effectum* refertur. (3.) *Institutionis* seu *Ordinationis* ut habet Clarissimus Dominus fD. *Balduinus*. Cæterum de *Unione* sive *Formâ* baptismi *Internâ* inter nos & *Calvinianos* maximus est dissensus; Nam cum *signa & signata* in hoc S. Baptismi duplicem videntur inferre respectum, nempe partium essentialium inter se, & totius Sacramenti ad fructum, duplicem etiam existimant fore *Unionem*; sed fucum tantum faciunt simplicioribus, dum utrobique eandem *Unionem Relativam* locum habere posse existimant. Quam firma enim *Unio* illa sit inter totum Sacramentum & ejus Usus, soli Adulti hypocritæ suo testari possunt exemplo. Nos verò si paulò altiùs indagare velimus, in quo consistat *Unio* aquæ cum Totâ S. S. Trinitate an in solo respectu *signi ad signatum*, an verò in ipsâ exhibitioe, certè deprehendemus, posterius cum analogiâ fidei optimè consentire: Licet enim concedamus multas inter *signum & signatum* posse effingi convenientias, interim tamen si quæritur quomodo aqua sit unita cum verbo in baptismo, & quod sit ejus officium, certè meram significationem admittere non possumus, ita ut aqua tantum significet, non verò offerat & conferat remissionem peccatorum, non enim dicit *Paulus* Tit. 3. vers. 5. Quod baptismus significet regenerationem, sed quod sit *lavacram regenerationis*.

§. 24. Quapropter *Calviniani* quantisper negant factam in Christo duarum *Unitarum naturarum* *κοινωνίαν* hypostaticam, divinæ.

fD. Balduin.
in Disp. 15. de
Bapt. pro
Art. Smalc.
th. 39.

divinæque & infinitæ majestatis communicationem, in no-
 men Christi, *quâ* etiam *in unitate sua indivise personæ verus*
homo est, Baptismum non possunt dispensare; Quia in ne-
 minem est baptizandum nisi sit Ipse verus Deus Altissimus
 sitque Omnipotens & vivificus, 1. Pet. 3. v. 21. At, juxta *Calvi-*
nianos, Christus, *quâ homo*, non est Deus Altissimus. Ergò
 juxta Calvinianos, in Christum, *quâ etiam homo est*, non est
 baptizandum; Quod tamen secus se habet, prout videre
 est, Matth. 28. vers. 19. Actor. 2. v. 38. & cap. 8. v. 16. & cap. 19. v. 5.
 Rom. 6. v. 3. Ergò *Calviniani* vel nobiscum ex sacris literis,
 factam duarum in Christo naturam Unitarum hypostaticam
 (nullatenus tamen *Eutychianam*) *νοῦν ὡν ἰαυ*, & divinæ majesta-
 tis infinitæ communicationem verissimam personalem (ex
 Unione personali profluentem) sincerè credere & candidè
 confiteri tenentur vel neminem in Christum *quâ etiam homo*
est, baptizare poterunt. Et sic peccabunt contra supra cita-
 ta dicta Spiritus Sancti videatur Dominus *g D. VVeberus*.

g D. VVeber
 Calvinische
 Brunnquell
 1.2.c.13 p.127
 seqq.

§. 25. Quid verò (2.) de *Arrianorum, Antitrinitariorum,*
sive Tritheitarum Baptismo sentiendum? Eorum in totum
 rejicimus & relegamus ex Ecclesiâ Christianâ, quia baptizant
 in solo *Patre* vero Deo, in *Jesu Christo* Salvatore & creaturâ, &
 Spiritu Sancto utriusque servo, testibus h *Hieronymo, Athana-*
sio, Nicephoro. Hæc enim Formâ verborum *substantialis Forma*
Baptismi horribiliter corrumpitur & depravatur, imò planè
 deletur & exstinguitur, & baptismus prorsus in aliam speciem
 transformatur. Denique (3) idem nostrum judicium est
 de Baptismo *Eunomianorum* qui baptizabant, in *nomine Dei In-*
creati, in *nomine Filii Creati*, & in nomine Spiritus sanctificati &
 à creato *Filio* creati, teste i *Epiphano*.

h Hier contr.
 Luciferianos.
 Athan. ser. 3.
 contr. Arria-
 nos. Niceph.
 lib. 16. hist.
 Eccles. c. 35.
 Col. 10. 44.
 i Epiph. hæ-
 res. 76.

§. 26. Quid verò de ritibus Baptismi Adiaphoris sit sen-
 tiendum paucissimis judicium nostrum apponamus. Nimi-
 rum Ritus quos *Orthodoxi Theologi* retinent (suntque varii
 utpote *impositio nominis, Exorcismus, signum crucis, Renunciatio*
Satana &c.) nequaquam simpliciter rejiciendos, aut ex Ec-
 clesi-

clesiâ exturbandos, sed constanter retinendos, & sanctè custodiendos esse putamus. Verùm hîc, quò minùs periculosè impingamus, scopuli oppositi prudenter nobis declinandi sunt. (1.) *Superstitio Pontificia*, quæ ceremonias & ritus partim planè inutiles & superfluos, partim impertinentes & ineptos, partim superstitiosos imò impios (quorum magnam molem collegit *Robertus Bellarminus*, distinctam triplici ordine, præcedentium scilicet, conjunctorum & consequentium) docet & profitetur. (2.) *Profanitas Calviniana* ex quâ taxandus est rigor novorum Dictatorum & Aristarchorum *Calvinianorum*, qui non minus pro abrogatione ceremoniarum humanarum, in usu Baptismi liberarum, utilium & piarum, quam *Pontificii* pro rigorosâ & ad salutem necessariâ ceremoniarum irrogatione & observatione acerrimè dimicant. Contrà verò utrosqve nobis in usu Baptismi constanter tenendæ & conservandæ sunt ceremoniæ piæ & utiles, præsertim ab orthodoxâ Antiquitate nobis commendatæ ut à *Tertulliano, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Basilio & Nazianzeno*.

k Tertull. de coronâ militis. Hieron. adversus Lucifer. Ambr. & August. d. Sacram. Bas. & Nazianz. in homil. d. Bap. tism.
 5. Causa Finalis Baptismi.

§. 27. Restat jam (5.) *Causa Finalis Baptismi* sive Finis Baptismi quem duplicem nobis ostendit *Apostolus* nempe *regenerationem & renovationem* Tit. 3. v. 5. ad quam cuiq; proprios effectus referre possumus. Quemadmodum enim per naturalem nativitatem naturaliter nascimur ad hanc vitam temporalem, ita per Sacramentum Baptismi nativitate spirituali renascimur ad vitam æternam. Unde *Regeneratio* juxta Orthodoxos Theologos est *nihil aliud, quam justificatio seu ablutio à peccatis virtute sanguinis Christi, seu remissio peccatorum & salvatio, sic dicta, quod hâc ipsâ ex Filio Diaboli & gehennæ Filius Dei fiat, & hæres vitæ æternæ*. Unde inter alios regenerationis effectus sequentes notandi sunt. (a) *Quod fides per Baptismum accendatur in cordibus eorum qui baptizantur*. Hinc *Paulus* expressè docet nos Christum in Baptismo induere, Galat. 3. v. 27. quod certè sine certâ applicatione fieri non potest; (b) *Quod peccata nobis per usum hujus Sacramenti remittantur,*

tantur. Unde Baptism. Johannis dicitur Baptismus poenitentiae in remissionem peccatorum Luc 3. v. 3. (3.) *Quod in Filios Dei adoptemur.* Etenim qui Christum induunt, ut contingat baptizatis Galat. 3. v. 27. Etiam omnium beneficiorum Christi redduntur participes, quæ non ultimum locum habebit *viobœrias* sive filiationis Johan. 1. v. 12. (4.) *Quod per S. Baptismi eripiamur de potestate tenebrarum & transferamur in regnum Filii Dei, in quo habemus redemptionem per ipsius sanguinem & remissionem peccatorum,* Coloss. 1. v. 15.

§. 28. Ex præmissis omnibus solida hæc & auro longè pretiosior catena Syllogistica conglutinari potest: *Quod omnis qui verè credit, verè etiam regeneretur: Qui verè regeneratur, verè accipiat remissionem peccatorum: Qui verè accipit remissionem peccatorum, verè etiam adoptetur in Filium Dei, verè liberetur ex regno Satana: Qui liberatus est ex regno Satana, transitum faciat in regnum Christi, in quo salus & vita æterna.* Sed quia de omnibus verè baptizatis præmissa omnia enunciat scriptura sacra Marc. 16. v. 16. Johan. 7. v. 5. Matth. 9. v. 2. Johan. 1. v. 12. 2. Cor. 6. vers. 16. Etiam conclusio firma erit. Atque hi sunt præcipui fructus seu Effectus S. Baptismi, quoad priorem ejus Finem nempe *regenerationem.*

§. 29. Sequitur ergò alter Finis: *Renovatio* seu *novitas spiritualis* tanquam regenerationis effectus præcipuus, & dicitur *sanctificatio ad vitam æternam* (quæ etiam fit merito & efficaciâ sanguinis Christi per Spiritum S. in baptizatis infantibus, & crescit in Adultis credentibus, ut mortui peccato, justitiæ vivamus, Rom. 6.) Unde *Renovatio* specialiter accepta distinguitur quidem à *Regeneratione*: conjungit tamen *Apostolus* in allegato loco hæc duo quasi arctissimo vinculo colligata, ita, ut *qui regeneratur hoc Sacramento Baptismi etiam Renovetur.* Spiritus S. enim non otiosus habitat in credentibus tanquam suis Templis, sed operatur semper fructus ex fide salvificâ promanantes, depellit ignorantiam intellectus, aversionem voluntatis à Deo, Omniumque virium conformitatem excitat, ita, ut *homo per S. Baptismi regeneratus atque renovatus non deleatur legi divine secundum Interiorem hominem, quanquam adhuc*

D

ob

ob renovationis imperfectionem videat aliam legem residuam in
membris suis repugnantem legi mentis suae. & captivam in lege
peccati cum D. Paulo renato & baptizato, Rom. 7. v. 23.

§. 30. Ex variis *Renovationis* effectibus in Sacra Scriptu-
ra sparsim occurrentibus, sequentes observari possunt. (1.)
Quod per Renovationem carnem deponere jubeamur, Coloss. 2.
v. 11. (2.) *Quod Renovati per Baptismum cum Christo in mor-
tem sepeliatur, ut vetus homo crucifigatur & intereat, novus ho-
mo vero resurgat, qui in vitae novitate Deo serviat*, Rom. 6. v. 4.
Et denique (3.) *Quod Renatis per Baptismum Ipse Spiritus San-
ctus donetur*, juxta illud Joh. 3. v. 6. Quod ex carne natum est,
caro est, & quod ex spiritu natum est spiritus est. Atque sic duos
hosce salutaris Baptismi Fines in gratiam *Adversariorum*, qui
vel *hypocriticè* eos nescire se simulant, vel etiam contra ipsam
Scripturae Sacrae perspicuitatem contumaciter repudiant, per-
stringendo adjecimus, quos si velimus vocare *lines propinquos*
& *principales*: *Fructus* vero *remotos* & *minus principales* distin-
ctionis causa, in cujusvis id positum erit arbitrio. Interim
tamen non parum prodesse poterit ad Refellendas Adversa-
riorum Sophisticationes genuina haec distinctio (1.) inter
Fines proprios & allegoricos S. Baptismi. (2.) inter *generales*
& *speciales*. Sic quando dicitur. Baptismum consistere in
conformitate submersionis in aquam cum submersione Vete-
ris Adami, Finis saltem indicatur *allegoricus non proprius*. Sic
Baptismum esse nervum congregationis Christianae, commo-
nefactionem de perpetuo foedere cum Deo inito, sunt saltem
Fines Generales non Speciales; imò potius accidentia omnibus
Sacramentis communia.

§. 31. Duæ hinc sunt Adversariorum classes, *Una in defectu*
peccat, Altera in Excessu. In Defectu peccant (α) *Photiniani*
qui denegant Baptismo aquæ Effectus spirituales utpote *rege-
nerationem, remissionem peccatorum, salutem &c.* vide I Cate-
chismum
I Catech. Ra-
cov. cap. 4.
Smalz contr.
Frantz. p. 311. Socin. disp. d. Baptism.

chismus Racoviensem, Smalziun, Socinum, & alios. Et (B)
 Sacramentorum Depravatores *Calviniani & Zuingliani* qui
 docent *Baptismum* esse tantum nudum *signum, Symbolum ac si-*
gillum Regenerationis non verò medium & instrumentum
 ejusdem teste in *Calvino, Martyre &c.* Imò etiam *Palatini*
 qui *regenerationem* esse Idololatricam ajunt, impudenter
 sumpto sibi nomine Evangelicarum Ecclesiarum. Nos verò
 Respondemus argumento mutuato ex Magnifici Domini Præ
 sidis, Promotoris & Præceptoris mei in defesso animi cultu
 amplectendi in Calvinismo Irreconciliabili. Qui Baptismo
 alium proprium Finem affingit, quam Christus esse voluit,
 is non credit talem Baptismum, qualem Christus instituit:
 Qui baptismum aquæ *significare* tantum, non *conferre* inter
 nam ablutionem asserit, is affingit ei alium Finem proprium
 quam Christus esse voluit, ut ex Johan. 3 v 5. Qui non ba
 ptizatur Baptismate quem Christus instituit, is ordinariè pe
 rit. In *Excessu* verò peccant *Pontificii* statuentes Baptismum
 tollere & delere omnem culpam & pœnam, ita ut nullæ re
 maneant *reliquæ* o *Bellarminus*.

m Calv. lib. 4
 Instit. c. 15.
 Martyr. class.
 4. L. L. com.
 e. 9. fest. 14.
 Palat. Aug.
 fährlicher Be
 richt / was
 die Evangeli
 sche Kirchen
 in Teutsch
 land glauben
 oder nicht
 glauben. c. 9.
 p. 415,
 in Dn. D.
 Hulsem. Cal
 vin. Irrec.
 p. m. 514.
 o Bell. lib. 1.
 de Bapt. c. 12

§. 32. Quapropter ex supra dictis satis superque elucet
 quod hæc doctrina de *Baptismo* sit articulus fidei fundamenta
 lis ad æternam salutem pertinens, imò quod baptismus aquæ
 sit necessarius, ex necessitate scilicet mandati & institutionis
 Christi, contra quam assertionem impingunt gravissimè (1.)
Sociniani Baptismum aquæ pessimè extenuantes, inficientesque
 articulum de Baptismo esse fundamentalem videantur p *Soci*
nus & Osterodus. (2) q *Arminiani* doctrinam de Baptismo non
 esse necessariam affirmantes, nec teneri nos ex vi alicujus man
 dati Dei baptizare, ut r *Belzius*. Denique (3.) s *Calixtus &*
Drejerus neque ignorantiam neque negationem doctrinæ de
 baptismo perniciosam esse statuentes.

p Socin. præ
 fat. disp. de
 Baptism.
 Osterod. In
 stit. c. 39.
 q Arm. Apo
 log. suâ p. 247
 & r Belzius
 Harm p. 243
 Erörterung.

s Calixt. Respons. contr. Mogunt. thes. 22. Drejer.

Quoniam verò in supra dictis satis superque
 vidimus dissensum Adversariorum nostrorum in hoc

Aninter Lu
 theranos &
 Calviniano s

in hoc articulo spiritualis
Fintec. locum habere
possit,

t Oesid. E-
ratm. de Sar-
ciend. Con-
cord. Par. in
notis d.
Sync. &
Iren. Hug.
Grot. vot.
Pacis. An-
notat. ad
consultat.
Contr. Berg.
in duab. ho-
mil. d. Fun-
dam. ver.
Christ. & d.
prox. Ca-
thol. Johan
& Calvin. d.
man. in notis
u D. tian. in
Coll. Anti-
in præfat.
perf. Christ.

articulo potissimum verò *Calvinianorum*, non im-
merito *Coronidis* loco hæc movetur quæstio: An
inter *Lutheranos* & *Calvinianos* spiritualis amicitia atque
Fraternitas in hoc doctrinæ capite, manentibus utrius-
que partis hypothesebus & porismatis, locum habere
possit? Affirmativa est *Calvinianorum*, qui toties de
inclementiâ *Lutheranorum* obdenegatam spiritua-
lem amicitiam atque Fraternitatem conquæverunt;
Item hæc fini scripserunt. t *Erasmus*, *Paræus*, *Hugo*
Grotius, *Conradus Bergius*, *Johannes Bergius*, *Godofredus*
Hotto, *D. Georgius Calixtus*, *D. Latermannus*. Negativa
est nostratum qui jam olim & nunc masculè se oppo-
suerunt *D. Mylius*, u *D. Nicolaus Hunnius*, *D. Himmeli-
us*, *D. Gisenius*, ex iis qui adhuc in vivis (quos Deus
clementer superesse nobis sinat quam diutissime) Ma-
gnificus Dominus Præses *Dn. D. Hulsemannus*, *D. Calo-
vius*, *Dn. M. Jacobus Durfeldus* Gymnasii *Osnabru-
gensis* Rector Dignissimus, Cognatus Dilectus &
Præceptor meus quondam filiali cultu suspiciendus,
&c.

Berg in Vergleich und Unterscheid. Godofr. Hotto d. toler. Luth.
Calixt. judic. d. Coll. Thorun jud. d. contr. Theolog. D. Later-
ad. Cassandr. & Conc. von der Eintrachtigkeit.
Resp. ad Palat. Evangelischer KirchenBrüderschaft. D. Himm. de
Calvin. Gisen. d. fug. Calvin. Dn. D. Hulsem. Calvin. Irrec.
Dialys. Indi. super desider. Calixt. D. Calov. in Instit. Theol. d.
Dn. M. Durfeld. disp. de fundam. fidei Christian.

§. ult. Unde pro hæc negativâ sententiâ tale necesse
argumentum: Ubi non est consensus in doctrinâ de
primo accessu ad Christianismum & originem fidei,
ibi non habet locum spiritualis Fraternitas. Atqui
inter *Lutheranos* & *Calvinianos* non est consensus sed
maxi-

maximus dissensus in doctrina de primo accessu ad
Christianismum & originem fidei. Ergo, Inter
Lutheranos & Calvinianos non habet locum spiritualis
fraternitatis. *Majorem* probo non solum verbis Jo-
hannis Bergii Sessionis 19. Actorum Colloquii Tho-
run. ex editione Papistica; ubi dicit: tum demum
vigere Fraternitatem Christianam, sive pacem per-
fectam, cum perfecta est consensus, in doctrina fidei
& puritate cultus. Verum etiam Testimonio *Mau-*
ritii Neodorp, Orthodox. Luther. Wo das Fundament
weg ist, da wird freylich kein guter Bau gesetzt werden
können/etc. *Ulterius & ex abundantia*, sufficienter
probatur proprio *Calvinianorum* exemplo, illi enim
Remonstrantes rejiciunt & cum illis fraternitatem & a-
micitiam colere nolunt idq; ob nullam aliam causam
quam quod ab illis in quibusdam capitibus doctrinae
dissentiant, nam si non ab illis dissentirent non possent
illos rejicere atque damnare. *Minorem* probare
possum hoc medio: Quicumque dissentiunt atque dic-
ta πασών distant in articulo de efficacia Baptismi illi
dissentiant in fundamento religionis & fidei. Atqui
Lutherani & Calviniani dissentiant in articulo de effi-
cacia Baptismi. Ergo dissentiant in fundamento
religionis, &c. *Major* probatur tum ex sacris lite-
ris tum ex h. precedente. *Minor* patet ex toto ex-
amine hujus antitheseos: Hinc ita argumentor:
Qui dissentiant in fundamento religionis illi non
possunt amicitiam & fraternitatem spirituales con-
trahere, durante illo dissensu: Atqui *Lutherani &*
Calviniani dissentiant in fundamento religionis & fi-
dei. Ergo non possunt amicitiam & fraternita-
tem spirituales contrahere durante illo dissensu.

Quis

Maur. Neo-
dorp. p. 317.
Orthod.
Luther.

Quis cum ejusmodi hominibus spirituales coleret
amicitiam, quorum dogmata Christo non solum
sunt contraria, verum etiam multos miseros homines
mox in primo limine Christianismi in desperatio-
nem & per consequens in Interni barathrum precipi-
tant. O pravam cunctaque consolationis va-
cuam doctrinam! Hic quiescere brevitatis studium
jubet; Nos gratias Deo pro tanto suae bonitatis the-
sauro nobiscum communicato actis concludemus.
Sit Patri, Filio & Spiritui Sancto gloria in infinita
secula, Amen.

Ad Dn. R E S P O N D E N T E M.

Perge velut pergis, Sophiaeque adjungito Sacra
Sic Tibi consurget nescia fama mori.

Gratulabundus scribebat

Daniel Heinrichi, SS. Th. D. & P. P.



Divinae, humanae Sophies, HEINÆE, propago,
Quando sub incudem tmemata docta vocas,
Praeside Submagno, nisus probo pollice utroque
Succedant optans primitiis decimae.

Adjiciebat boni ominis causa

D. Hieronymus Kromayer, P. P.



Ad Praestantissimum Dn. Respondentem.

Crimina fontis Ade quis tollere jufferit unda
Quove autore sacer corpora Mysta lavet:
Quid junctum laici terrenos imbuat amnes,
Et fieri faciat munda lavacra Dei:
Sanguis id an verbum praestet, vel Spiritus ingens,
Vel veneranda Trias, cuncta vel ista simul:
Quo ritu formaque latex mittatur in artus,
Qua fini affusus corpora nostra riget.

Docte

Docte HEINÆE, doces: nempe ut se surgat in auras
 Gens nova, gens purâ mente dicata Deo.
 Euge bonum factum! Non se vigor ingenî in ullâ
 Re poterat melius exseruisse tuus,
 Non pietas. Prima est hac nostræ porta salutis:
 Quid vetat, ut famæ sit quoque porta tua?

M. Fridericus Rappolt, S. Th. B.
 & Dial. Prof. P.



NÆ pulcre opellam collocas, HEINÆE,
 Sordes aviti criminis purgantia
 Lustrare quem fluenta sic pie juvat.
 Et digna, crede, res viderier pie est,
 Prævanioribusqve multum usus trahens
 Vitæqve doctrinæqve. Tu mente hac tua;
 Sed maecte Hodego nec minus tanto tuo!

*Laudabili conatui Dn. M. Respondentis - Auctoris,
 Amici sui acclam. l. m. g.*

Eberhardus Müller.



Clariss. & Præ-Exim. Dn. Autori Sympatriotæ ac Amico suo
 honoratiss. deb. grat. erg. apponebat.:

Nullius est usus clausâ candela sub arcâ
 Posta, nec abstruso condita gaza loco.
 Sic nil scire tuum est, nisi Te scire hoc sciat alter
 Prome igitur dotes quas dedit alma Themis.

Ajold. Tammena.



HEinæe Aoniæ decus Palæstræ Tempestatis onus putare flocci
 Grajæ delictum Deæ decusqve! Fronde armata levi: Nepotiumqve
 Stans inter nemorû comas virentum Umbrâ condere secla amœniori.
 Blandis flatibus intremens Favoni: Sic Tu cecropiâ Ebrius camenâ,
 Duratura diu (velut patescit) Tinctus Castalio saturqve rore,
 Arbos languidiore pulsat auras Prodens ingenii Tui vigorem
 Tractu. Quò valeat patens procellæ Fronte condecoras recente Iauru,
 Stare immota loco: qveatve torvæ Lente perq; grady honore splendes.
 Gusta-

Gustatis etenim satis superq̄ve
 Musarum studiis severiorum
 Nuper consilio severiorum
 Patrum (quanto honos) datū fruisce
 Laureâq̄ve Togaq̄ve Pileoq̄ve,
 Suscepta vadimonio laboris.
 Exin cura fuit cadentis: eheu!
 Astræ publicè ferox satelles,
 Commonstrarier altiore nisu:
 Tentabas etenim Deam Æq̄vitat̄is
 (Quondam quæ valedixerat catervis
 Fucatis hominum caducitatis
 Trans cōvexa petens tenace gressu:
 Orbi conciliare neqviori,
 Nec dum laudis erat satis: subindè
 Grandes nunc iterū subis laborum
 Moles, dum caput implicas retortis
 Sacrorum cupidus: negociorum

Mœandris: animo reposta solvens:
 Magnæ molis onus, gravisq̄ve curæ
 Qvip̄pini! Indicium sagaciæq̄ve
 Pergas: qvip̄pe via hæc repleta laude,
 Qvando cunq̄; voles, prehende perge
 I quo fervida te citat voluntas
 Et sublimis honor, favensq̄; suada,
 I fausto pede: Patriæq̄ve votum
 Imple spe: Bone! *Frisicumq̄;* nomen
 Factis cōdecora; *Tibi* hinc metenda
 Laudum materies adulta surget
 Sic virtute potens sacri senatūs
 Olim Tute clues pius satelles
 Quod lætus voveo meis phaleucis
 Quamvis insipidis & irrepexis
 HEINÆE Aoniæ decus Palæstræ
 Grajæ delictum Deæ decusq̄ve!

*Ita Cl. & Præ. erudito Dno. Authori: populari suo
 suavissimo animitus vovebat*


Henricus Sibæus à Kloster-
 Fris Or.

Pugnantes videas de lanâ sepe caprinâ
 Ut sacra defendi templa, focosq̄; putes.
 Sunt & qui mentis venantur acumine laudēs
 Atq̄; merâ Cathedra, perseicite replent.
 Reclior est HEINÆE, tuæ sententiæ mentis,
 Quæ nisi divinis rebus inesse cupit.
 Sic præstat doctis caput inviolabile rixis
 Sistere, & artonito templa replere sono.
 Perge bonis avibus; Te digna brabæa sequentur,
 Ut patrium valeas hic decorare solum.

Quod animitus vovet Tuus

Fridericus Dechant, Prussus.

*Errata Typographica forsitan erunt quæ ut B. L. Ipse corrigat, est quod
 officiosissimè contendo.*



Farbkarte #13

B.I.G.

באלהים
 RATIO THEOLOGICA
 De
 RAMENTO
 PTISMI,
 Quæ
 SUB PRÆSIDIO
 VIRI
 Maximè Reverendi, Amplissimi,
 Excellentissimiq̄
 NNIS HULSEMANNI,
 ris de Catholicâ Christi Ecclesiâ me
 in Inclytâ Philureâ famigeratissimi, Con
 toris & Capitali Cizenlis Præpositi gravissimi,
 is, Alumnorum Electoralium Ephori, Nicolai
 ses Antistitis vigilantissimi, Academiæ
 Decem-Viri, &c.
 omotoris & Patroni sui Parentis loco omni
 ac observantia cultu suspiciendi
 mandandi,
 exercitii gratiâ ad disputandum
 CaDeMla LipsiensI = 1654
 proponetur
 â
 TO HEINÆO, AVRICA
 rionali, SS. Theol. Studioso.
 diem XXVII. Septembr.
 LIPSIAE,
 NINGI COLERI, M DC LV.

TMd134

